



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

124. An Sacerdos ferens infirmo Communionem, si ei dicat velle reconciliari, & in reconciliatione inveniatur illum multas confessiones invalidas fecisse, quid facere debeat Confessarius? Ex p. 5. tr. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

RESOL. CXXIV.

An Sacerdos ferens infirmo Communionem, si ei dicat velle reconciliari, & in reconciliatione inveniat illum multas confessiones invalidas fecisse, quid facere debeat Confessarius? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 75.

Sup. hoc in Ref. præterita § 1. verſ. Secundo, & ſupra in Ref. ſol. 63. § ult. & infra in tr. 4. lege doctrinam Ref. ſol. 53.

§. 1. **H**unc caſum ſcio in praxi quodam in oppido accidiffe, & ad illum ita reſpondet Zambran. de Sacr. Pan. c. 4. dub. 6. n. 6. & 7. ubi ſic ait. Quando Sacerdos fert infirmo Euchariftiam, inſtimulque ei dicit ſe velle per unum verbum reconciliare, & in reconciliatione dicit ſe longo tempore mentitum fuiſſe in confeſſione, vel ex alia cauſa ſit futura longiſſima confeſſio præter intentionem, quia dixit ſe tantum velle dicere unum verbum. Tunc ſi infirmitas ſit ita periculofa, ut meritò timeri poſſit mors, ſi confeſſio & abſolutio differantur in aliud tempus, ſi Confessarius diligentias aliquas audita confeſſione per dimidiam horam, & craſſa accuſatione de aliis peccatis modo ibi explicato, conveniat, ut dixi, cum penitente de ejus reſitu ad perficiendam dictam confeſſionem, ſumpta occasione alicujus negotij, Probatur, quia ſic occurritur omnibus incommodis; nam & ſubvenitur infirmo abſolutione ſacramentali, præmiſſa confeſſione poſſibili pro temporis opportunitate, & miniſtratur Euchariftia neceſſaria, & vitatur ſcandalum. Et nota quæ eſſet, ſi longiſſimo tempore expectaretur à multis ſanctiſſimum Sacramentum comitantibus, perfectio exactæ confeſſionis. Si autem infirmitas non ſit ita periculofa, & confeſſionem per dimidiam horam integrè fieri poſſe tolerabiliter non ſperetur: tunc curet Confessarius, ut faciat actum veræ contritionis propter Deum ſuper omnia dilectum, & det ei Euchariftiam, monens illum de obligatione quam habet integrè conſtendi eo, vel ſequenti die, accerſito Confessario, prætextu alicujus negotij, Probatur, quia tunc eſſet ſcandalum, ſi non communicaretur; & ex alia parte eſt minus inconveniens communicare ſine confeſſione præmiſſa, quam ea facta præ properè, & non integrè, ſicut de eo qui eſt proximus communioni, & jam acceſſit ad linteum, dicunt aliqui DD. Huc utque Zambran. cui etiam adde Jacob. Granad. de Sacr. in 3. p. D. Thom. contr. 7. tr. 9. diſp. 5. n. 20. Et ideò præcipuè in villis & parvulis oppidis advertant omnes Confessarij antequam deferant infirmo ſacram communionem, aliquem ſmittere: qui illum interroget, an velit de aliquo crimine ſe reconciliare, ut ſupradicta incommoda omnino evitentur.

RESOL. CXXV.

An quando quis ratione ſcandali debet ſumere Euchariftiam, & confeſſio eſt adeò longa, ut perfici non poſſit, & timeretur alium contritionis à penitente eliciendum non fore, eſſet in tali caſu confeſſio dimidianda, & penitens abſolvendus? Ex part. 5. tr. 1. 4. & Miſcell. 2. Ref. 53.

Sup. hoc cū eodem Granado hic infra citato ſupra in Ref. ſol. 73. §. Sed ex his. & in Refol. 123. §. ult.

§. 1. **C**aſus eſt practicabilis, & forſitan apud neminem invenies, niſi apud Jacob. Granado in 3. p. D. Thom. de Sacr. contr. 7. diſp. 5. ſect. 3. n. 20. ubi ſic ait: Colligi ex his poteſt, quid faciendum ſit, quando penitens ſanus accederet ad confeſſionem in eo eventu, quo communionem ſine gravi ſcandalo præmittere non poſſet, aliunde vero occurrit neceſſitas confeſſionis adeò longæ, ut

tunc perfici non poſſit; dicendum enim eſt tunc licitum eſſe communicare præmiſſa contritione, quòd ſi fortè contritio non eliceretur, non & timeretur prudenter eliciendam non fore à penitente, probabile mihi eſt poſſe confeſſionem dimidiari, quia tunc urget caſus vitandi ſcandali, quod eſt notabile nocuum, propter quod poteſt penitens dimidiare confeſſionem, ut patet, & non vitabitur, niſi accedendo ad communionem. Cùm ergo ad hanc non liceat peccatori accedere, niſi præmiſſa confeſſione, aut certè contritione in aliquibus caſibus, qui crederet ſe non niſi attritionem habere, deberet confeſſionem præmittere, ne alioqui novum peccatum committeret. Ita Granado.

RESOL. CXXVI.

An ſi quis probabiliter judicat ſe non peccaſſe mortaliter, vel jam eſſe confeſſum tale peccatum, ſi probabiliter etiam judicat contrarium teneatur conſiteri? Sed difficultas eſt, quando penitens probabiliter judicat ſe peccaſſe, vel non eſſe confeſſum tale peccatum, an tunc debeat conſiteri tale peccatum? Et notatur, quod nullus, etiam ſi ſcrupulis non ſit vexatus poſt mediocrem adhibitam in diſcuſſione conſcientia ſue perquiſitionem in ordine ad confeſſionem peccatorum eliciendam, teneatur ulterius de antea vita cogitare; & ideo, ſi aliquid occurrat non explicatum fuiſſe in confeſſione, poterit ſibi perſuadere illud jam fuiſſe memoratum, quod eſt valde notandum ad tollendam multos ſcrupulos. Ex p. 3. tr. 4. Ref. 106. aliàs 107.

§. 1. **A**ſſertivè reſpondet Nagnus in addit. ad 3. p. queſt. 9. art. 2. dub. 4. in fine, quia putat, quòd tunc homo poteſt ſequi opinionem probabilem, quando in ipsis rebus non imminet aliquod periculum, & citat pro hac ſententia D. Thom. Paludan. Richard. Sotum, Victor. Navarr. Idem docet Salas in p. 2. tr. 8. q. unic. ſect. 5. n. 60. in ſolut. ad 4. & ex parte docet hanc ſententiam Coninch de Sacr. diſp. 7. dub. n. 68. ubi putat, quòd qui probabiliter judicat ſe non eſſe confeſſum aliquod peccatum, teneatur illud conſiteri:

2. Mihi verò contraria ſententia videtur etiam probabilis, quam docent Pitigian. in 4. ſent. tom. 2. diſt. 27. q. unic. art. 11. Suar. in 3. p. tom. 4. diſp. 22. ſent. 9. n. 6. & alij; nam poteſt unuſquique ſequi opinionem probabilem, quæ tollit periculum, quòd timet Nagnus ubi ſupra.

3. Sed difficultas eſt quando penitens probabiliter judicat ſe peccaſſe mortaliter, vel non eſſe confeſſum tale peccatum. In hoc caſu Coninch ubi ſup. & Fag. pr. 2. lib. 3. c. 4. n. 7. docent illud peccatum debere conſiteri, quia penitens non eſt iudex, ſed eſt accuſator ſui ipſius, & teſtis, & niſi tale peccatum tunc ſub eo dubio confeſſeatur, poteſt ſe exponere periculo mortaliter peccandi, & ideò tenetur evitare hujusmodi periculum, conſitendo illud peccatum ſub eo dubio, ne fortè peccato mortali ſe exponat. Ita ille.

4. At hæc ſententia mihi non placet. Non enim poſſum intelligere, quomodo penitens ſequendo opinionem probabilem exponat ſe periculo peccandi mortaliter, ut timet Fagundez; nam opinio probabilis hoc efficit, ut quis eam ſequendo ſine periculo operetur, etiam probabiliori, & tutiori relicta; & ita noſtram ſententiam docent Sanchez in ſumm. tom. 1. lib. 1. c. 11. n. 76. Sylvius in addit. ad 3. p. q. 6. art. 4. queritur 3. & alij.

5. Notanda eſt etiam hæc obiter ſolemnis doctrina Joannis